cessoribus quevis et interesse ad successionem summamque prae-
fatam per ipsum Georgium levatam et perceptam postque
fatum olim Sebastiani Marmezki sibi haberi praetenderint
status sexus et condicionis cuiusvis existens tunc quandocunque opus
fuerit tueri defendere evincere et liberare arcere impe-
titionis in se bona sua omnia et successores assumpsit sub va-
dio simili summae centum decem florenorum pecuniae monetae Polonicalis per
ipsum Georgium Marmezki et illius successores eidem Joan-
ni Ramults vel eius successoribus ad solvendum succumbendo.
Insuper etiam praefatus Georgius Marmezki se et suos
successores super omnibus bonis suis obligat praesentem inscriptionem
ex his actis ad acta terrestria Premisliensia ad terminum primum
anni transferre transportare similemque vel si opus fue-
rit meliorem recognitionem facere sub vadio simili centum
et decem florenorum pecuniae monetae. Si vero absens a pallatinatu
praemissorum fuerit, extunc eidem Joanni Ramults dat et
concedit plenariam potestatem hanc suam inscriptionem quitta-
tionem per se facta ad praefata acta terrestria Premisliensia
ad terminum primum sic anni transportare. Quam inscriptionem
taliter per ipsum Joannem Ramults tanti roboris erit ac
si per ipsum Georgium translata fuerit. Pro quo
quidem vadio seu vadiis praefatus recognoscens cum
suis successoribus citatus solum a inscriptione sua qua-
vis tempore recedere coram quovis regni Poloniae
iudicio et officio cui se ad quod sive citabitur, actor
praesentem recepta cum omnibus bonis et successoribus subiicit
in primo citationis termino tanquam peremptorio stare
parere respondere quavisque de facto non expecta-
tis terminis probatis et proclamatis, ac pro praefato
vadio seu vadiis a iudicio seu officio non recedendo sub
alio simili vadio omnibus exceptionibus, concessionibus, pro-
tectionibus, suspensionibus, motionibus, appellationibus
earumque prosequutionibus ad quietationem illorum non praetendit vera
quibusvis impedimentis, poena trium marcarum et legalibus
poena ac aliis omnibus poenis illorum, quotquot solum
sunt et de iure consuetudineque obicerentur quibus se prae-
seu cum successoribus suis abrenuntiat [illegible] recognitio
tunc quando opus fuerit satisfacere cum suis successoribus
tenebitur, nulla praescriptione terrae in praemissis obstante.

Pobiczinski arendat Pileczki

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Ca-
strensibus Premisliensibus nobilis Mathias Pobiczinski mente et
corpore sanus existens a iure foro suo proprio quibusvis rece-
dens seque bona sua et successores suos iurisditioni praesenti incorpo-

rans pure recognovit. Quia Generoso Christophoro Pileczki et
eius successoribus bona tenuta sua utpote villam dicta Fredanowa
quam habet ab eodem Christophoro Pileczki in summa quingento-
rum et quinquaginta florenorum pecuniae actis praesentibus inscriptis obligatam
inscripsit cum omni iure dominio proprietate ac cum omnibus et sin-
gulis fructibus utilitatibusque universis nil excipiendo usque
ad festum Nativitatis Christi proxime venturum pro summa
certa pecuniaria iam ab ipso Mathia excepta de qua praesen-
tem quietat arendavit et inde arendam inscripsit. Dans et
admittens eidem iam existenti in bona praefata realem intromissionem et
actualem pacificamque possessionem per ministerialem terrae quemcunque.
Et hic idem praefatus Christophorus Pileczki coram officio
praesenti personaliter stans a iure foro suo proprio quibusvis re-
cedens recognovit. Quia bona praefata sibi modo praemisso aren-
data non alio iure nisi vigore praesentis arendae ad terminum su-
praescripti temporis tenebit habebit et possidebit, post
expirationem vero arendae praefata bona eadem libere dimi-
ttet in qua praefatus Mathias Pobiczinski intromittabit vel
sui successores intromittabunt et nullam per hoc violentiam facit
vel facient. Cui inquietationi praefatus Christophorus Pileczki
cum successoribus suis contradicere non debebit sub vadio in originali
inscriptionis contento.

Ostrowski donat alio

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Pre-
misliensibus Generosus Andreas Ostrowski in Ostrow sortis
suae haeres a terrestris dictibus iuribusque suis quibusvis pro-
priis foroque competenti recedens, seque cum bonis et successoribus suis
omnibus iurisditioni praesenti Castrensi Premisliensi quoad
actum effectumque inscriptionis praesentis incorporans et inviscerans
mente et corpore sanus existens publice per expressumque re-
cognovit. Quia bona sua haereditaria utpote totam et integram
sortem in villa Ostrow ipsum inde quocunque concernentem cum om-
ni iure dominio proprietate, ac cum omnibus et singulis fru-
ctibus, proventibus, redditibus, attinentiis pertinentiis, utilita-
tibusque universis, nil iuris dominii proprietatis ac pro-
ventuum usufructuum et utilitatum in praedictis bonis sortis
villae Ostrow pro se et suis successoribus reservando seu ex-
cipiendo, ita late longe circumferentiaque prout praefatorum
bonorum haereditas se in suis metis et limitibus extendit
et prout eadem bona solus tenuit habuit et possidebat Ge-
neroso Alberto Ostrowski eiusque legittimis successoribus
dedit donavit inscripsit. Praesensque dat donat inscribit
perpetue et in aevum cum titulo haereditario resignat
dat et admittendo eidem iam existenti in bona praefata realem

intromissionem et actualem pacificamque possessionem praenominatam
terram [illegible] sibi: elegit ad intromittendum tam in manu
per officium praesens adsignatum. In bonis quoque praefatis tunc
dumtaxat eandem acceptandam cum minuti et nobilibus ve-
nerit se et suos successores super omnibus bonis suis obli-
gat admissuram sub damnis terrestribus sine iuramento
corporali taxatis. Per ipsum Albertum Ostrowski et
illius successores bona praefata donata cum omni iure dimissum
vel iure dominio proprietatis tenenda habenda possidenda dan-
donanda vendenda commutanda alienanda et in usus suos suo-
rumque successorum beneplacitos convertenda perpetuis tem-
poribus. Tenebiturque praefatus Andreas Ostrow-
ski praefatus se et successores suos super omnibus bo-
nis suis habitis et habendis obligat, eundem Albertum
Ostrowski et illius successores in bonis praefatis dona-
tis ab omni quavis iuridica et extraiuridica impe-
titione, omnibusque damnis, iniuriis, violentiis et im-
pedimentis quarumlibet personarum tam utriusque
Nec non ab omnibus et singulis inscriptionibus prioribus
et posterioribus, debitis, vinculis, reformationibus,
advitalitatibus, cuiuscunque personarum factis et fien-
dis donationibus, concessionibus, advitalitatibus, ... qui-
busvis importatis et importandis, luctis, proclamati-
onibus damnis, citationibus replicatis, ac quibusvis pro-
cessibus iuris procedendis et procedendis tunc quando
opus fuerit tueri defendere evincere liberare bo-
naque praefata munda et libera facere. Nec debet vel
Andreas cum successoribus eidem Alberto vel illius
successoribus in bonis praefatis donatis tam in grandi iure
minuere et inquietare aut quovis modo pacificam posses-
sionem perdere vel submissas personas praedictis et
adimere sub similibus damnis terrestribus ad simpli-
cem verbi assertionem sine iuramento corporali ipsius Alber-
ti et eius successorum taxatis et ad solvendum succumben-
dus. Super eodem praefatus Andreas Ostrowski se et
suos successores super omnibus bonis suis obligat prae-
sentem inscriptionem donationis ex his actis ad acta terrestria
Premisliensia ad decursum unius anni transferre trans-
portare similemque vel si opus fuerit meliorem recogni-
tionem facere, et circa transportationem inscriptionis prae-
sentis Generosam Catharinam consortem suam legitimam
cum duobus amicis ipsius ex linea paterna proximioribus
ad praefatum acta terrestria Premisliensia adducere et
statuere. Qua statuta tenebitur super inscriptionem

praesentem donatoriam quoad omnia iura sua reformationis et advi-
talitatis et alia gratis tam in dictis bonis quomodolibet con-
cernentia consentire cavereque inscriptionem eandem in omnibus eius
punctis clausulis, articulis, conditionibusque approbare ratifica-
re et confirmare, sub similibus damnis terrestribus, ad simpli-
cem verbi assertionem sine iuramento corporali ipsius Alberti
et eius successorum taxatis et ad solvendum succumbendus tunc quando
opus fuerit. Pro quibus quidem damnis terrestribus praefa-
tus recognoscens cum suis successoribus citatus, absque aliqua
citatione sua quamvis competenti recepta, coram castrensi Capita-
neali Premisliensi iudicio seu officio cuius ad quod tunc ex-
tabitur actus partis respectu cum omnibus bonis et successo-
ribus suis subiicit in primo citationis termino tanquam pere-
mptorio stare parere audire ac pro praefatis damnis ter-
restribus omnibus exceptionibus, contradictionibus, prorogati-
onibus, suspensionibus, motionibus, appellationibus earumque
prorogationibus, ad quietationem, dilationem non petendam vera
vel simplici inscriptionibus. Actione pro maiori terris rega-
libus bello, colloquio, conventionibus generalibus vel parti-
cularibus, interregno, aura pestifera, Iuramentum servitium, le-
galibusque quibusvis impedimentis, poena trium marcarum
et triplici poena ac aliis omnibus gente dilationibus iu-
risque remediis quibus se praesens cum successoribus suis ab-
renuntiat pro parte eius tunc quando opus fuerit sa-
tisfacere tenebitur et successores tenebuntur. Nulla in praemis-
sis omnibus praesertim terrae obstante. Quod mente firmatum vel

Krasiczki cedit de iure Tirawska

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castren-
sibus Premisliensibus Generosus Alexander Krasiczki Tribunus Pre-
misliensis mente et corpore sanus existens a terris debitoribus
creditoribusque suis aliubusque propriis receptum, sicque cum bonis et
successoribus suis omnibus inscriptioni iuris castrensis Premisli-
ensis quo ad actum effectumque inscriptionis infrascriptae obligat incor-
porat et subiicit. Quod per expressumque recognovit. Quia
se omni iure suo et inscriptione terrae Premisliensis obligata
sibi per olim Generosum Stanislaum Olewniczki Vexilliferum
terrae Premisliensis super summa mille ducentorum et vi-
ginti florenorum pecuniae monetae polonicalis in bonis villae Kozlowi-
ce facta et inscripta, cum omni iure dominio et propriet-
tate ac cum omnibus et singulis fructibus proventibus utilitati-
busque, ac iuris dominii proprietatis, ac proventibus usufru-
ctuum et utilitatum in praedictis bonis pro se et suis successoribus
reservatum seu exceptum, simul etiam cum eadem intuitione huic
reservationi, evictioni, possessionique suorumque continuata concessioni-
bus, evictione, possessionique suisque continuata concessioni-
busque gente amicis in eadem inscriptione contentis Generoso